



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Liber Tertivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

IOANN. SLOT. GEF.
LIBER TERTIVS.
CAPVT I.



Osteaquam declaratum est, in quibus ecclesia Catholica & Apostolica consistat, & quibus notis dinosci queat, deniq; ubi de illius vnione, ac quid eam promoveat impediatque ostensum est, superest, nunc vt demonstramus apud hæreticos, omnia esse extranea, & Apostolicæ doctrinæ contraria, ubi & fidei dogmata suspecta sunt, & sacramentorum vsus minimè ecclesiasticus, sed peruersus, & ab Ecclesiæ consuetudine alienus, ubi neq; adest vnionis & pacis vinculum, vt liquidò constare possit, minimè apud eos esse Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Porro sana doctrina, & legitimus sacramentorum vsus ac cultus Dei, quum sit in sola Ecclesia quærendus, constat quoq; etiam apud solâ ecclesiâ esse & inueniri, & nõ apud cõuenticula hæreticorũ. Quod aut hæc
in sola

Ecclesia
sola habet
sanam do
ctrinam,
legitimũ
sacramen
torum v
sum, & cu
tum Dei,

DE
in sola
Lacta
Sola E
cultum
hoc est
Dei. Et
singuli
potissi
tholica
illam e
fessio,
nera, c
carnis
verus c
ra aute
clesia
in lib
dicens
neque
que in
in cæc
ligio, f
Catho
id est,
stante
tista e

DE RETI. FIDE ORTH. 63

in sola sint Ecclesia Catholica, docet
Lactantius Firmianus lib. 4. c. 4. dicēs:
Sola Ecclesia Catholica est, quæ verum
cultum retinet. Hic est fons veritatis,
hoc est domicilium fidei, hoc templum
Dei. Et iterum: Sed tamen, inquit, quia
singuli quique cœtus hæreticorum, se
potissimum Christianos & suam esse ca-
tholicam ecclesiam putant, sciendū est
illam esse veram, in qua est religio, con-
fessio, & pœnitētia, quæ peccata & vul-
nera, quibus est subiecta imbecillitas
carnis salubriter curat. Hæc ille. Porrò
verus cultus est, vbi vera religio est. Ve-
ra autem religio, in sola duntaxat est Ec-
clesia Catholica. Quod D. Augustinus
in lib. De vera religione c. 6. ostendit,
dicens: Neq; in confusione paganorū,
neque in purgamentis hæreticorū, ne-
que in languore schismaticorū, neque
in cæcitate Iudeorum, quærenda est re-
ligio, sed apud eos solos, qui Christiani
Catholici vel Orthodoxi nominantur,
id est, integritatis custodes, & recta se-
ctantes. Idem quoque Vincentio Dona-
tistæ epist. 48. scribens, afferit ex Catho-
lica

Religio ve-
ra in sola
est Eccle-
sia,

IOANN. SLOT. GEF.

lica Ecclesia, esse omnia dominica sacra-
 menta. De doctrina autem sana in lib.
 De vera religione cap. 7. ait: Huius re-
 ligionis sectandæ caput est historia &
 prophetia, dispensationis temporalis
 diuinæ prouidentia pro salute generis
 humani in æternam vitam reformandi
 atque reparandi. Quæ cum credita fue-
 rit, mentem purgabit vitæ modus, de
 diuinis præceptis conciliatus, & ido-
 neam faciet spiritualibus percipiendis,
 quæ nec præterita sunt nec futura, sed
 eodem modo semper manentia, nulli
 mutabilitati obnoxia, id est, vni ipsi
 Deo patri & filio & spiritui sancto.
 Hanc autem doctrinam sanam in sola
 duntaxat Ecclesia esse quærandam Ter-
 tullianus autor peruetustus in libr. de
 præscrip. hæret. demonstrans inquit: No-
 bis quærendum est adhuc & semper.
 Vbi tamen quæri oportet? Apud hære-
 ticos, vbi omnia extranea & aduersaria
 nostræ veritati, ad quos vetamur acce-
 dere? Quis seruus cibaria ab extraneo,
 ne dicam ab inimico domini sui spe-
 rat? Quis miles ab infœderatis, ne di-
 cam

DE
 cam ab
 & stipe
 tor & t
 illa intr
 rebat: e
 tunde b
 licet du
 mo ind
 Nemo
 nebrat
 à nostri
 quod s
 ftioner
 vel ob
 ex scrip
 lum iu
 tat eis
 onem,
 sed om
 clesia p
 ostend
 monst
 rectum
 neque
 vnion

DE RETI. FIDE ORT. 64

cam ab hostibus regibus donatium
& stipendium captat, nisi planè deser-
tor & transfuga & rebellis? Etiam anus
illa intra tectum suum dragmam requi-
rebat: etiam pulsator ille vicini ianuam
tundeat: etiam vidua illa non inimicū
licet durum iudicem interpellabat. Ne-
mo inde strui potest, vnde destruitur.
Nemo ab eo illuminatur, à quo conte-
nebratur. Quæramus ergo in nostro, &
à nostris, & de nostro, in quo duntaxat
quod salua regula fidei potest in que-
stionem deuenire. Idem etiam author
vel ob id minimè dicit cum hæreticis
ex scripturis decertandum, quod nul-
lum ius allegandi scripturas compe-
tat eis, quòd nullam habeant possessi-
onem, nullam communionē reliquā,
sed omnia iura illos pariter cum Ec-
clesia perdidisse. Sed omnia specialius
ostendentes atque tractantes, primò de-
monstrabimus apud hæreticos non esse
rectum sacramentorum vsum, deinde
neque sanam doctrinam, denique neq;
vnionis & pacis vinculum.

Luc. 15

Luc. 18.

Luc. 28.

Cap.

IOANN. SLO. GEF. ,
CAPVT II.

Sacramen-
torum re-
ctum vfu
non esse a
pud hereti-
cos.

PRincipiò itaque, quantum ad re-
ctum vsum sacramentorum attinet,
sciendum est, fuisse hæreticos, qui licet
in ecclesiasticis dogmatibus à catholi-
ca communione discreparent, in admi-
nistratione tamen omnium sacramento-
rum, materiam, formam, & intentione
eandem, cum Catholicis habebant cõ-
munem, quemadmodum inter multos
fuerunt Donatistæ, quos D. Augustin⁹
epist. 48. ad Vincentium Donatistam,
dicit habere sacramenta, licet non ad sa-
lutem. Et idcirco epist. 50. ad Bonifaci-
um, dicit Donatistas exufflare sacramen-
ta Christi, fortè ob id, q̃ non accipie-
bant gratiã sacramentorum vel spiritũ
sanctum. Vnde dicit: Non quidem acci-
pitis baptismum, cum ad nos reditis,
qui vobis extra cõpagem corporis chri-
sti inesse potuit, prodesse non potuit,
sed accipitis vnitatem spiritus in vincu-
lo pacis. Et ibidem adhuc amplius di-
cit donatistas extra ecclesiam, & contra
Ecclesiam, ecclesiæ sacramenta tenuisse,
& tanquam ciuili bello, nostris con-
tra

DI
tra no-
se. Et c
spiritu
re, cui
rem ip
lud sac
mandu
tate De
ci ab v
idem p
sibi vti
iudicer
berent
lo pacis
mento.
Petilian
nem. E
contra
libro se
capite v
ptismo
Et in li
epistola
& secun
maticur
cundam

DE RETI. FIDE ORTH. 65

tra nos erectis signis armisque pugnas-
se. Et circa finem: Non querant, inquit,
spiritum sanctum, nisi in Christi corpo-
re, cuius habent foris sacramentum, sed
rem ipsam non tenent intus, cuius est il-
lud sacramentum, & ideo sibi iudicium
manducant & bibunt. Et lib. 21. de ciui-
tate Dei, cap. 25. Hæretici & schismati-
ci ab vnitate corp oris separati, possunt
idem percipere sacramentum, sed non
sibi vtile, imò verò etiam noxium, quo
iudicentur grauius, quàm vel tardius li-
berentur. Non enim sunt in eo vincu-
lo pacis, quod in illo exprimitur sacra-
mento. Idem docet lib. 3. contra literas
Petiliani cap. 40. & tractat. 13. in Ioan-
nem. Et lib. 1. 3. 4. 6. & 7. de Baptismo
contra Donatistas per multa capita. Et
libro secundo contra literas Petiliani,
capite vltimo. Et in libro de vnico ba-
ptismo contra Petilianum cap. 2. 3. & 6.
Et in libro de vnitae Ecclesiæ contra
epistolam Petiliani cap. 18. Et li. primo
& secundo contra Cresconium Gram-
maticum per multa capita. Et contra se-
cundam Gaudentij epistolam cap. 4. vi
de

IOANN. SLOT. GEF.

de etiam Leonem Papam epist. 79. cap.
6. & 7. de hac materia. Multa quoq; in
hanc sententiam licet videre i. quæst.
1. can. Quod quidam. Rursum D. Au-
gustinus in lib. de vera relig. cap. 5.
scribit in hæc verba: Hæreses tam in-
numerabiles, à regula Christianitatis
auerfæ, testes sunt, non admitti ad cõ-
municanda sacramenta eos, qui de pa-
tre, Deo, & sapientia eius, & munere di-
uino aliter sentiunt, & hominibus per-
suadere conantur, quàm veritas postu-
lat. Sic enim creditur & docetur, quod
est humanæ salutis caput, non aliã esse
philosophiam, id est, sapiëntiæ studium,
& aliam religionem, quum hi quorũ
doctrinam non approbamus, nec sacra-
menta nobiscum communicant. Quòd
in illis minus mirandum est, qui eorũ
quoque sacramentorum ritu dispares
esse voluerunt, sicut nescio qui Serpen-
tini, qui appellantur Manichæi, sicut
alij nonnulli. Sed in illis magis animad-
uertendum hoc magisque prædicand-
um, qui paria sacramenta celebrantes,
tamen quia sententia dispares sunt, &
erro-

DE
errore
cauti
cathol
one, c
propri
tus, no
in supe
ani, Ar
qui qu
paria t
res ritu
torum
tentio
est, q; v
non ad
cium &
rectum
vsum
tem, ni
Ecclesi
misis c
hoc ips
dixerũ
neq; ali
tiõe cẽ
ti erãt, c

DE RETI. FIDE ORT. 66

errores suos animosius defendere, quã
cautius corrigere maluerunt, exclusi à
catholica communione & participati-
one, quamuis parium sacramentorum
propria vocabula, propriosque conuen-
tus, non in sermone tantum, sed etiam
in superstitione meruerunt, vt Photini-
ani, Arriani, alijque multi. De his ergo
qui quanquam sententia dispares sint,
paria tamen sacramenta celebrant, & pã-
res ritus in administratione sacramen-
torum habent, materiam, formam & in-
tentionem Ecclesiæ seruant, dicendum
est, q̃ vera quidẽ sacramenta habet, sed
non ad salutem, verum potius ad iudi-
cium & dãnationẽ, vt constet eos neque
rectum, neq; legitimum sacramentorũ
vsum habere, quẽ nemo habet ad salu-
tem, nisi qui in vnitae fidei catholicæ
Ecclesiæ Christi incorporatur. Ex p̃-
missis constat errasse eos q̃ hæreticos ob
hoc ipsum q̃ extra vnitatẽ sunt ecclesię
dixerunt neq; sacramenta vera cõficere,
neq; alijs administrare posse, atq; hac ra-
tiõe cẽsebãt eos, q̃ ab hæreticis baptiza-
ti erãt, denuò baptizãdos, cũ ad vnitatẽ
reuer-

Cypriani
error de re
baptizan-
dis hæreti-
cis.

IOANN. SLOT. GEF.

reuerterentur Ecclesiæ. Huius sententia fuit beatissimus Christi martyr Cyprianus, qui existimabat hæreticos & schismaticos omnes, nihil habere potestatis, ac iuris in conferendis sacramentis, eò quòd in Ecclesia non sint. Vnde libro primo epistola duodecima dicit hæreticum non posse baptizare, nec eucharistiam conficere, nec olei creaturam, *i.* chrisma sanctificare, quia scriptum est: Oleum peccatoris non vnget caput meum. Item in epist. ad Iubaianum, & ad Pompeianum.

Porrò de illius sententia disputans D. Augustinus lib. 2. contra Cresconium Grammaticum cap. vltimo & epist. 48. ad Vincentium, excusat eum, quemadmodum etiam videre licet apud Petrum Lombardum lib. quarto, distinctione sexta. Cæterum fuerunt alij hæretici, qui in nomine sanctissimæ Trinitatis minimè baptizabant, sicut fuerunt Bonosiani & Cataphrygæ, qui idem sentiebant cum Paulianis, quia & illi Christum Deum non credebant, existimantes ipsum esse purum hominem, & isti spirit-

De Gen.
distin. 4

DE RETI. FIDE ORTH. 67

spiritum sanctum peruerso sensu esse
quendam purum hominem Montanū
credebant. Itaque illi qui ab huiusmo-
di hæreticis baptizati fuerunt, quum
ad sanctam Ecclesiam veniebant, bap-
tizabantur, quia baptisma non fuit,
quod in errore positi, sanctæ Trinita-
tis nomine minimè perceperunt. Vnde **Anabapti-**
etiam Anabaptistæ quidam nostri tem-
poris, quia de Trinitate malè sentiūt, **stæ quidā**
negantes verbum humanam naturam **non bap-
zant**
de vigrine assumpsisse, ac sibi hyposta-
ticè vniuisse, & ipsum verbum carnem,
id est, purum hominem factum asseren-
tes, quam ob causam etiam solum pa-
trem inuocant vt Deum, non autem fi-
lium, aut spiritum sanctum, verum Ec-
clesiæ baptisma tribuere non possunt.
Vnde qui ab eis baptizantur, quum ad
Ecclesiam venerint (si prius in Ecclesia
catholica baptizati non fuerunt) bap-
tizandi sunt. Si autem de baptismo e-
eorum dubitatur, locum habet decre-
talis Alexandrini tertij extra de bap-
tis. & eius effectu. c. de quibus.

K Cap.

IOANN. SLOT. GEF.
CAPVT. III.

Sacramen-
torū rectū
vsum non
esse apud
Luthera-
nos.

Porrò illi, qui neque sacramenta pa-
ria habent, neque ritus in admini-
stratione pares, quomodo rectum sacra-
mentorum vsum habere possunt? Tales
profectò sunt, qui hac nostra tempesta-
te, hæreticorum nomine censentur,
qui quædam sacramenta suscipiunt,
quædam verò reijciunt, & in illis sacra-
mentis quæ retinent, pares ritus nobis-
cum non habet. Nā omnes ritus (quos
Ecclesia non temerè, sed consultò adhi-
bet, tanquam viua quædam incitamen-
ta fidei & pietatis, ad formandam & re-
tinendam religionem necessaria, qui-
bus vulgus manu ducitur ad intelligen-
dum & retinendum mysterium Chri-
sti) tanquam inutiles & superuacaneos
reiecerunt. Et quanquam sciamus abs-
que huiusmodi ceremonijs & ritibus
vera sacramenta (dummodo adsint ver-
bum & elementum, tanquā partes quæ-
dam substantiales, quibus sacramenta
consistunt) posse subsistere, quia tamen
eiusmodi ritus (qui tam ad decorem ho-
noremq; sacramenti, q̄ ad docendum &
deno-

DE
deno-
tur, ad
rum p
à patri
à prim
nos pe
abijci,
viris, s
pter n
nes ho
multa
quæ ill
rum v

Q
scriptis
demus.
lonica,
nat, dic
sacrame
re pone
nis. Qua
lim, nō
tria sign

DE RETI. FIDE ORTH. 68

denotandum quid in sacramento agatur, additi sunt) diuinorum mysteriorum pleni sunt, & magna cum ratione à patribus instituti, neque dubium sit, à primitiua & Apostolica Ecclesia ad nos peruenisse, impijssimè credimus abijci, quòd tot seculis, tot sanctissimis viris, sacrosanctum est habitum. Ea, propter nostri temporis hæretici, qui omnes hos ritus abijciunt & aspernantur, multa & graua committunt sacrilegia, quæ illis rectum adimunt sacramentorum vsum.

CAPVT III.

Quòd autem omnia sacramenta non recipiant, ex hæresiarchæ scriptis, quæ reliquit, euidenter ostendimus. Is enim in captiuitate sua Babylonica, sacramentorum numerum damnat, dicens: Neganda mihi sunt septem sacramenta, & tantùm tria pro tempore ponenda, baptismus, pœnitentia, panis. Quanquã si vfu scripturæ loqui velim, nõ nisi vnũ sacramentũ habeam, & tria signa sacramentalia. Hanc hæresiarchæ

Sacramenta omnia non recipiunt Luethani.

K a chg

IOANN. SLO. GEF.

che doctrinam, discipuli eius (magistro in impietate non inferiores) sequuti, tria tantum reuera dicunt esse sacramenta, nempe Baptismum, Cœnam Domini, & Absolutionem, quæ est sacramentum pœnitentiæ. Quanquam nec sic inter eos conueniat, eò quòd quidam eorum duo tantum priora sacramenta recipiant, pœnitentiã verò aut absolutionem, inter falso dicta sacramenta numerent, Confirmationem, Vnctionem extremam, & Ordinem sacrum (quòd à nobis celebratur) esse ritus quosdam institutos ab hominib. Matrimonium esse statum quendam, qui ad vitam corporalem pertineat, quod non magis sacramentum dici possit, quàm magistratus aliquis qui in Rep. geritur, aut status quiuis alius. Ordinem autem ob id maximo studio ex Ecclesia tollere adnituntur, ex sacerdotibus (vt in lib. de præscrip. hæret. ait Tertullianus) laicos facientes, & sacerdotalia munera laicis iniungentes, vt sublata legitima ministrorum potestate, gratiã cõiunctã habente, & sacramenta & alia oĩa quæ in Ecclesia

Ordinem
cur Luth
rani tolle
re nitun
tur.

fiamie

D
fia mi
lescer
crame
di ver
crame
gere fa
tione
dotes
tium a
xerun
mètor
mand
vulga
aliquo
runt. I
cõmit
ceat, c
rij co
& fui
brand
ris sac
minib
dicim
cium,
absqu
esse ig

fia ministrorū opere peraguntur, eui-
 lescere faciunt. Vnde ordinē nō esse sa-
 cramentū asserunt, sed nudum prædicā-
 di verbū, & porrigendorū populo sa-
 cramentorū, ministeriū. Nec nos indi-
 gere sacerdotio, quod cū quadā cōse-
 cratione & sanctificatiōe distinguit sacer-
 dotes à laicis. Nullū ergo aliud sacerdo-
 tium agnoscūt, quàm quod ipsi sibi fin-
 xerunt, videlicet docendi verbi & sacra-
 mētorum nudum ministeriū, alicui de-
 mandatū à magistratu prophano, aut
 vulgari populo, vel simpliciter, vel cum
 aliquo solenni ritu, quē ipsi sibi finxe-
 runt. Esse proinde sacerdotes, quamdiu
 cōmittenti populo aut magistratui pla-
 ceat, desinere esse cū reuocatur ministe-
 rij commissio. Quale verò apud nos est
 & fuit hactenus sacerdotium, ad cele-
 brandum missam siue offerendum alta-
 ris sacrificium, remittenda peccata ho-
 minibus, cæteraq; peragenda, quæ nos
 dicimus pertinere ad sacerdotale offi-
 cium, quod subsistere posse credimus,
 absque prædicandi verbi ministerio,
 esse ignoratum Ecclesiæ Christi, sed

Sacerdo-
 tium Lu-
 therano-
 rum.

IOAN. SLOT. GEF.

sed inuentum esse papisticæ Ecclesiæ, imò nihil esse quàm merum figmentum ignorantium hominum, nec de sacramento, nec de re Ecclesiastica quicquam intelligentium, Christo autore dignitatis autoritatisque imparitatem non esse in Ecclesia, omnes eandem à Christo potestatem habere, omnes in eodem gradu consistere, omnes sanctificatos in Christo, tametsi nolint licere omnibus ea potestate uti, sed his tantùm, quibus id à populo aut magistratu prophano committitur, cui verbi & sacramentorum ministerium demandatur. Quem ritè vocari intelligunt atque ea vocatione, ministrum Ecclesiæ constitui. Ex quibus constat (modò rectè expendere velimus) apud eos non esse veros sacerdotes, sed falsos & fictos, eò quòd laici constituant sacerdotes sine chrismate & oleo sancto, atque absque omni ordinatione & benedictione Episcopali, quæ ipsi non habent, quia à nullo catholico pontifice Romano acceperunt. Quo modo enim veri sacerdotes esse possent,

Sacerdotes veros non habēt Lutherani

DI
sent
ordin
gistra
choru
nicati
tem
mod
posse
licet
sia ex
vsa et
confe
ristia
Cum
dotes
sed
timis
mod
bus
hact
tes h
cerd
adm
ci nu
scop
ctam

DE RETI. FIDE ORT. 70

sent, qui non ab Episcopis legitime ordinatis, sed à populo aut laico magistratu, vel certe ab apostatis monachorum, vel presbyteris excommunicatis nullam episcopalem potestatem habentibus, ordinati sunt? Quomodo (inquam) veri sacerdotes esse possent, qui non legitime, modo scilicet & forma debitis, quibus Ecclesia ex apostolorum traditione semper vsa est, ordinati sunt? Ex hoc fonte consequitur eos non recte vti Eucharistiæ sacramento, quod non habent. Cùm enim constet eiusmodi sacerdotes (qui reuera sacerdotes nõ sunt, sed laici) non ab Episcopis veris & legitimis ordinatos, adhuc neque legitimo modo, sed reiectis modo & forma, quibus Catholica & Orthodoxa Ecclesia hactenus vsa est, certum est eos sacerdotes hierarchicos non esse. Porrò si sacerdotes hierarchici non sunt, quemadmodum reuera minimè sunt, rudes laici nullis sacris ordinib. ritè ab vlllo Episcopo initiati, nequaquam etiam sacrosanctam Eucharistiam conficere possunt,

Eucharistiæ sacra-
mentum
Lutherani
non habent

K 4 sed

IOANN. SLO. GEF.

**Idolola-
tria Luthe-
ranorum.**

sed cœnam suam (etenim ipsi cœnam
vocat) celebrant sine transubstantia-
tione panis & vini, ac proinde popu-
lo suo nil nisi merum panem, & purum
vinum porrigunt. Etenim quonam pa-
cto verè consecrarent, qui sacros ordi-
nes à nullo habent Episcopo, qui etià
dum verba consecrationis super panem
& vinum proferunt, neq; fidem, neque
formam, neq; intentionem Ecclesiæ re-
tinent? Re ipsa igitur non aliud ibi agunt
nisi quòd merum panem, merumq; vi-
num pro corpore & sanguine Christi
populis suis porrigunt, & adorandum
præbent, si tamen in hac barbarie illa
sua (vsque adeo irreligiosa) adhuc ado-
ratur Eucharistia, quam non adorare tu-
tius esse docuit Lutherus, vnde etiam
plurimi discipulorum omnino adorandam
esse pernegant, aut reseruadam in
templis. Superat certè hoc immane
crimen idolatriæ Lutheranorum, om-
nem retro gentium Iudæorumque im-
pietatem, si verum dicere liceat. Cœ-
terum vt dicta nostra, autoritate aliqua
confirmemus, audiamus D. Hierony-
mum

DE
mum
scribe
diacon
vt puta
ristiam
presby
sine eu
mo me
terijt &
cum p
autem
tem, se
ipsi fib
ta qui
fit. hæc
Ordin
theran
temer
nullar
tribue
sancto
bari p
Christi
cim e
Luc. 6
charif

nam in dialogo contra Luciferianos scribentem in hæc verba: Hilarius cum diaconus de ecclesia recesserit, solusq; vt putat turba sit mundi, neque eucharistiam conficere potest, episcopos & presbyteros nõ habens, neq; baptisma sine eucharistia tradere. Et cum iam homo mortuus sit, cum homine pariter interijt & secta, quia post se nullum clericum potuit diaconus ordinare. Ecclesia autem non est, quæ non habet sacerdotem, sed amissis paucis homunculis, qui ipsi sibi & laici sunt & episcopi, auscultata quid de omni Ecclesia sentiendum sit. hæc ille.

Ordinationes ministrorum, quas Lutheranorum superintendentes, summa temeritate faciunt, planè irritas esse, & nullam gerendi ministerij potestatem tribuere, facillime ex sacris scripturis & sanctorum patrum sententijs, comprobari potest. Ex scripturis quidem: Nam Christus ex multis discipulis duodecim elegit, quos ordinavit Apostolos. Luc. 6. His solis tradidit potestatem, Eucharistiam consecrandi & offerendi, cur,

IOANN. SLOT. GEF.

quando cum illis solis cœnabat dicens:
Hoc facite in meam commemorationē.
Luc. 22. 1. Cor. 11. His enim verbis con-
secrationem & oblationem præcepit, &
consecrantibus corpus & sanguinē ad-
futurum pollicitus est, alioqui non po-
tuissent idem facere, quod fecit ille. E-
isdem tradidit potestatem, ligandi &
soluendi, retinendi & remittendi pecca-
ta, quādo post resurrectionem suam in-
sufflauit, & dixit eis: Accipite spiritum
sanctum, quorum remiseritis peccata,
remittuntur eis, & quorum retinuerit-
is, retenta sunt Ioan. 20. Porro quem-
admodum Christus, crescente numero
discipulorū, septuaginta duos adiecit,
qui secundū locum post apostolos ob-
tinerent, ita apostoli accepta ab ipso po-
testate ordinauerūt, Episcopos, presby-
teros, diaconos, & cæteros ministros, q̄
necessarij erant ad Ecclesiasticā hierar-
chiam & hanc ordinandi potestatem, vl-
terius in solos Episcopos à se ordina-
tos, transfuderunt, vt testatur Aposto-
lus ad Titum. 1. Huius (inquit) rei gra-
tia, reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt
cor.

DE
corrig
byter
epist. a
Ephes
neglig
ta est t
tione
nus ci
testas
clesia
nec ve
stros
nume
(dani
reficie
mere
cimus
um
nati s
stus s
hanc c
tus,
qui p
segreg
stolici
num

corrigas, & constituas per ciuitates pres-
 byteros, sicut & ego disposui tibi. Et in
 epist. ad Timotheum, quem Episcopū **1. Tim. 4**
 Ephesiorū ordinauerat: Noli (inquit)
 negligere gratiam quæ in te est, quæ da-
 ta est tibi per prophetiam, cum imposi-
 tione manus presbyterij. Et infra: Ma- **1. Tim. 5**
 nus citò nemini imposueris. Et hæc po-
 testas ordinandi durauit hucusq; in Ec-
 clesia, sine qua nec veros Episcopos,
 nec veros presbyteros, nec veros mini-
 stros Ecclesiæ haberemus. Præterea cū
 numerus duodecim Apostolorum
 (damnato Iuda) esset diminutus, sed **Act. 14**
 reficiendus ac restaurandus, non te-
 mere, non humano iudicio, duode-
 cimus est subrogatus, sed omni-
 um Apostolorum suffragarijs desig-
 nati sunt duo, quorum alterum Chri-
 stus sorte probauit. Non enim ad
 hanc dignitatem, cuiquam patuit adi-
 tus, nisi Christi Iesu ordinatione,
 qui per spiritum sanctum iussit sibi
 segregari Paulum & Barnabā, ad Apo- **Act. 13**
 stolicum munus. Denique clarissi-
 mum est, Aaronem prefigurasse Episco-
 pum

IOANN. SLOT. GEF.

pum & summum sacerdotem, filios vero eius ab eo consecratos, sacerdotes catholicæ Ecclesiæ, sed uti nemo præter Aaronem & filios eius administrare potuit, quæ spectabant ad cultum altaris, ita certè nemo potest quod altaris est, legitimè agere, quam pontifex ipse, & qui ob ipso sunt ordinati sacerdotes. Nec eius sibi sumere debet ministerij honorem, præter eum qui vocatus est, & ordinatus sicut Aaron. Porro si sententias patrum audire libet, lege Irenæum li. 4. contra hæreses, cap. 43. ubi ut quis verè sit Episcopus, requirit seriem legitimæ successions & ordinationis descendētis ab Apostolis vsq; ad ipsum. Cui subscribit Tertullianus, in li. de præf. hæret. docens apud quos quæreda Ecclesia sit. Epiphanius contra hæreses, aduersus hæresim. 75. Hieronymus contra Luciferianos, & ad Rusticum de septē Ecclesiæ ordinibus. Gregorius epist. 3. ad Bonifacium, & habetur distinctione 88. c. presbiteri. Leo pontifex ad Galliæ & Germaniæ Episcopos epist. 88. Damasi' papa in epist.

Heb 5

ad

I
ad pr
doxo
testin
stend
rint, q
ritas e
sint, q
spicu
fiarur
ehari
potef
eam C
Mani
lis A
Episc
cum
mara
teres
intell
c. 3. p
nus li
2. in
heb. l
Heli
urad
ore c

DE RETI. FIDE. ORT. 73

ad primæ Numidiæ, & cæteros ortho-
 doxos Episcopos, permultis scripturæ
 testimonijs & exemplis, validissimè o-
 stendit, quascunq; ordinationes fece-
 rint, qui veri Episcopi non sint, planè ir-
 ritas esse, quòd dare nequaquam pos-
 sint, quod non habent. Ex quibus per-
 spicuum euadit, Lutheranarum Eccle-
 siarum (vt vocant) ministros, sacrâ Eu-
 charistiam consecrâre non posse, cum
 potestatem consecrandi ab his, quibus
 eam Christus concessit, nõ acceperint.
 Manifestum est enim, quod Christus so-
 lis Apostolis, & eorum successoribus
 Episcopis, hanc potestatem tradiderit,
 cum dixit: hoc facite in meam comme-
 morationem, quemadmodû omnes ve-
 teres sancti patres, hoc verbum Christi
 intellexerunt. Dionysius eccles. hierar.
 c. 3. parte. 2. Irenæus lib. 4. c. 32. Cypria-
 nus lib. 2. epist. 3. Chrysostomus homi.
 2. in 1. cap. 2. ad Timoth. & in episto. ad
 heb. homil, 17. Et Hierony. in epist. ad
 Heliodorum ait sacerdotes apostolico
 uradui succedentes, christi corpus sacro
 ore conficere. Ergo qui ab Apostolo-
 rum

rum

IOAN SLOT GEF.

rum successoribus Episcopis, per legitimam successionem ordinati non sunt, consecrandi Eucharistiam ex hoc verbo Christi, nullam potestatem acceperunt, proindeque potius execrant, quam consecrant. Et certe dum noua hac, & prorsus inaudita usurpatione, contempta catholicorum Episcoporum auctoritate, sibi sacerdotes non veros, sed falsos & fictitios ordinant laicos plerumque infames & perditos nebulones, sine chrismate & oleo sancto, absque omni ordinatione & benedictione Episcopali, quam ipsi non habent, quid de illis aliud censendum est, quam quod nihil omnino faciant? Quum enim ipsos nullus catholicorum Episcoporum consecrauerit, nonne vana & plane temeraria erit omnis eorum nouae potestatis usurpatio, quam quum a nemine habeant, nemini dare possunt? Quomodo verè consecrarèt, qui sacros ordines a nullo Episcopo, acceperunt? Quomodo veros sacerdotes habere possunt, a quibus veri sacerdotes, nec ordinari nec constitui possunt? Cum enim illegitimi sunt ordi-

nato-

D
nator
re po
dem e
ab eis
est, pa
bito m
aposto
institu
nuc v
& rel

SE
Str
ca, po
stare p
fessio
cha L
ticulo
dānat
Tres
cōfess
datū
sanct
ne sp
culos
crita

DE RETI. FIDE. ORT. 74

natores, quomodo legitimos consecrare possunt sacerdotes? Illegitima siquidem est eorum ordinatio, partim quia ab eis ordinatur, apud quos potestas non est, partim etiam, quia non utuntur debito modo & forma, quibus Ecclesia ex apostolorum apostolicorumque; virorum institutione semper usa est, atque etiam nunc utitur, in Episcoporum, sacerdotum & reliquorum clericorum ordinatione.

CPVT V.

Sed & poenitentiae sacramentum truncant, Credit Ecclesia Catholica, poenitentiae sacramentum tribus consistare partibus, nempe contritione, confessione & satisfactione. At haeresiarum Lutherus in assertionem omnium articulorum suorum per Bullam Leonis ordinatorum, eas labefactare conatur dicens: Tres esse partes poenitentiae, contritionem, confessionem, & satisfactionem, non est fundatum in sacra scriptura, nec in antiquis sanctis doctoribus. Et contra contritionem speciatim ibidem eiusmodi articulos addidit: Contritio facit hypocritam, imò magis peccatorem. Et
Poenitentiae sacramentum truncant Lutherani.

nullo

IO ANN. SLOT. GEF.

nullo modo confidas te absolui propter verbum Christi. Quodcunq; solveris, hic (inquam) confide, si sacerdotis obtinueris absolutionem, & crede fortiter te absolutū, & absolutus verè eris, quicquid sit de cōtritione. Et iterum: Nullus debet sacerdoti respondere, sese esse contritum, nec sacerdos inquirere. Aduersus Confessionem verò huiusmodi articulos ibidem tradidit: Nullo modo præsumas confiteri venialia peccata, nec mortalia omnia. Dum volumus omnia purè confiteri, nihil aliud facimus, quàm quòd misericordiæ Dei nihil volumus relinquere ignoscendū. Et fidei volens tribuere totam iustificationis causam, & nihil absolutionis sacramento, peccata (inquit) non sunt vllī remissa, nisi remittente sacerdote, credat sibi remitti, imò peccatum maneret, nisi remissum crederet. Sed & aduersus satisfactionem, eiusmodi articulum posuit, quem ipse ibidem verissimum vocat prouerbum, omni doctrina de contritionibus hucusq; data, præstantius, quo dicitur: Optima pœnitentia no
ua

DE
ua vita.
xa Ecc
q; credi
nitētia.
Iste aut
pe citat
tētia ac
papa Ep
imò vbi
quilibet
puer eff
ctis sacr
tuor exp
huc pro
tur, part
cent, ita
quomo
ctum sac
dere po
sus pore
Nam oīs
psuppor
uersarij
eorum r
si pro sac
pud nos

DE RETI. FIDE ORTH. 75

ua vita. Haftenus Catholica & ortho-
 xa Ecclesia vnanimi consensu docuit at
 q; credidit, ministrum sacramenti pœ-
 nitētiæ, sacerdotem esse hierarchicum.
 Ilte autem hæresiarcha in loco nunc sæ-
 pe citato. In sacramento (inquit) pœni-
 tētiæ ac remissione culpæ, nō plus facit
 papa Episcop⁹ quam infimus sacerdos,
 imò vbi non est sacerdos, æquè tantum
 quilibet Christianus, etiã si mulier aut
 puer esset. Itaq; cum e septem sacrosan-
 ctis sacramētis, propria temeritate qua-
 tuor expungant, atq; illa ipsa quæ ad-
 huc pro sacramentis agnoscere viden-
 tur, partibus suis substātibilibus detrun-
 cent, ita vt eorum integritatem tollant,
 quomodo apud eos legitimum atq; re-
 ctum sacramentorum vsum esse conce-
 dere possumus? Nullius siquidem rei v-
 sus potest adstrui, cuius esse negatur.
 Nam oīs vsum rem aliquā perquirat aut
 p̄supponit, cuius sit vsum. Cum itaq; ad-
 uersarij sacramenta quædā negent quō-
 eorum rectū vsum habebunt? Cum ip-
 si pro sacramentis non habeant, quæ a-
 pud nos vera sunt sacramēta, eorū verū
 vsum

l. vsum

IOANN. SLOT. GEF.

vsu habere profectò non poterunt, quorum substantiam negant. Quoniã aduersarij ministrum sacramenti pœnitentiæ, sacerdotem hierarchicum non agnoscunt, veram peccatorũ remissionem non habent, quia illa quoq; ad sacerdotalẽ autoritatẽ (quæ apud eos nõ est) pertinet, vt hic taceam, eidem locũ non esse, extra illam Ecclesiam, quæ illi Cæphæ inhæret, quæ Petrum pastorem rectoremq; agnoscit.

CAPVT VI.

Sed obijciat fortasse quispiam, & dicet: eucharistiæ sacramentũ rectè apud eos tractari, eò qd eo vtantur iuxta Christi institutionem, qui illud sub vtraq; specie panis scilicet & vini distribuunt, ac proinde illius sacramenti meliorem apud eos esse vsu, quàm apud nos, vbi duntaxat sub specie panis administratur populo. Paulo superius dictũ est, neq; huius nempe Eucharistiæ sacramenti rectum vsu esse apud aduersarios, quorum pleriq; quum sint meri laici, nullum ordinem habentes, a nullo Episcopo consecrati, non consecrant,

DE
erãt, ali
belles &
ma & in
verboru
Veruntã
vtraq; sp
quidẽ in
ciem po
aderant
id mune
te in me
do facer
crant &
stituit c
mendur
mento f
in quo
& sacer
tes (qu
dispensã
dem fac
pes, quã
vt docer
erarchia
edũt ho
ro vna f

DE RETI. FIDE ORTH. 76

erāt, alij aut quum sint, vel apostatæ re-
belles & excommunicati, q̄ ecclesie for-
ma & intētionē nō vtūtur in p̄latione
verborū, eucharistiam non conficiunt.

Veruntamē qm̄ fortē mouet quempiā
vtraq; species, respondemus Christum
quidē in cœna nouissima, vtramq; spe-
ciem porrexisse, sed Apostolis tantū q̄
aderant, quos etiam tum sacerdotes ad

Luc. 22

id muneris consecrauit dicēs: Hoc faci-
te in meā cōmemorationē. Sic etiā mo-
do sacerdotes speciem vtramq; conse-
crant & sumunt, tum quia Christus in-

De conse.
dict. 2. Cā
Relatum.
& Can. Cō
perimus.

stituit corpus suum consecrandum, su-
mendum & offerendum in hoc sacra-
mento sub vtraq; specie per apostolos,
in quorum locum succedunt episcopi
& sacerdotes, tum etiam quia sacerdo-
tes (quorum est offerre sacrificium &
dispensare sacramentum populo, eiuf-
dem sacrificij debent prius esse partici-
pes, quā ipsum populo administrent,
vt docet D. Diony. in Ecclesiastica Hi-

1. Cor. 10

erarchia. Et D. Pau. dicens: Nōne qui
edūt hostias, participes sunt altaris? Por-
ro vna species vini sci. (q̄ in primitiua

L 2 Eccle-

IOANN. SLOT. GEF.

Euchari-
stie alterā
speciē rati-
onabili-
ter laicis
adempta
est.

De tempo-
re uide Cy-
prii. lib. 2.
epist. 2.

ecclesia, non quidem uniuersaliter ubi-
q; in usu fuit, sed in multis locis dun-
taxat, laicis rationabiliter adempta est,
non ob inuidiam (vt calumniantur ad-
uersarij) sed propter necessitatem, ni-
mirum propter calicis effusionem, que
in tanta hominum multitudine facile
accidere potest, & propter vini corrup-
tionē, nonnullasq; alias legitimas cau-
sas quibus ecclesia permota, iustè inter-
dixit laicis alteram speciem, cum tantū
sumant sub altera, quantum sub vtraq;
Quam quidem longissimi temporis cō-
suetudinem, duo generalia Concilia in
Germania habita, confirmarunt Con-
stantiense scilicet & Basiliense. Sacerdos
quoq; non celebrans, si sumere Eucha-
ristiam vult, non sub vtraq;, sed sub spe-
cie panis tantum, de manu alterius acci-
pit. Porro si nos aduersarij ad Christi in-
stitutionem in vltima cœna factam re-
uocare volunt, videbunt quàm non re-
ctè neq; ipsi adhuc Eucharistiam admi-
nistrent. Legant Euangelia, & conferat
cū sua consuetudine, quàm ipsi sibi fini-
xerūt, & inuenient neq; tempus cœnæ
dñicæ

DE R
dñicæ co
cam voc
ta à dño,
onis cont
uāt. Dein
scent, que
pist. 3. asse
Christi. Se
nicam (sic
ria, quid c
Eucharist
dunt? Que
habebunt
plurimos
adeo relig
cum verit
dant veru
sti esse in
tasse quid
gāt esse, n
quod non
hil haber
numq; ess
lo, id quo
angulum
uio, de qu

DE RETI. FIDE ORT. 77

dñicæ conuenire cū illorū cœna, q̄ dñi-
cam vocāt, neq; pedū lationem, q̄ p̄cep-
ta à dño, magnum sacramentum dilecti-
onis continet, quam omnino non ser-
uāt. Deinde neq; vini calicem, aqua mi-
scent, quod tamen D. Cyprianus li. 2. e-
pist. 3. asserit & p̄bat ex institutione esse
Christi. Sed leuia sint, & ad cœnam dñi-
nicam (sic em̄ vocant) minimè necessa-
ria, quid dicent de ijs, qui Christum in
Eucharistiæ sacramēto p̄sentem nō cre-
dunt? Quō illius sacramenti verū vsum
habebunt, quem non credunt? Et certè
plurimos inter eos esse constat, qui vsq;
adeo religionem omnem ex animis vna
cum veritate ipsa eiecerunt, vt non cre-
dant verum corpus & sanguinem Chri-
sti esse in Eucharistia. Et si credant for-
tasse quidam, sunt tamē plurimi qui ne-
gāt esse, nisi quatenus sumatur. Vnde id
quod non fuerit sumptum asserunt ni-
hil habere sacri, sed panem duntaxat vi-
numq; esse. Quap̄pter porrecto pocu-
lo, id quod reliquum est, effundunt in
angulum aliquem, aut sodali in conui-
uio, de quo mō sublatū fuit, propinat.

L 3 Tales

IOANN. SLOT. GEF.

Tales ne rectum habere vsum Eucharistiae existimabimus? Minimè. Sed potius quis tantum facinus non excretur? quis non exhorrescat? verum de his hactenus, nunc ad propositum redeamus, atque adhuc fusius ostendamus, apud aduersarios verum atque legitimum sacramentorum vsum non esse,

CAPVT VII.

CONSTAT enim tantissimam sententiam fuisse, sacramenta noue legis gratiam conferre illis, qui obicem non ponerent. At Mart. Luth. in assertionem articulorum suorum per Bullam Leonis. 10. damnatorum: Hæretica est,

Sacramentorum cauta & verum vsum ignorant Lutherani (inquit) sed vilitata sententia, Sacramenta noue legis dare gratiam illis, qui non ponunt obicem, Vnde discipuli eius dogmatizant, sacramenta instituta esse non modo vt sint notæ professionis inter homines, sed magis vt sint signa & testimonia voluntatis Dei erga nos, ad excitandam confirmandamque fidem in ijs qui vtuntur pposita. Vt edum esse sacramentis, ita vt fides accedat, quæ credat pmissioni.

DE
fionibu
& oster
doceam
stificare
sarcamē
Cū itaq
ta instit
cramēto
habere p
rei habe
atque leg
pterea s
sunt, vt
ijs qui ijs
est sacra
dat pro
ta exhib
tius vt f
que eni
bus, vt
imaginā
iam cre
sunt pp
in ijs qui
media &
ter in n

DE RETI. FIDE ORT. 78

sionibus, quæ per sacramenta exhibent
 & ostenduntur. Nos autem damnant, quod
 doceamus, sacramenta ex opere operato iu-
 stificare. & non doceamus fidem requiri in usu
 sacramentorum, quæ credat peccata remittenti.
 Cum itaque, causam ignoret, ob quam sacramen-
 ta instituta sunt, aut potius cum verum sa-
 cramentorum usum ignoret, quo pacto eum
 habere possunt? Rectum enim usum alicuius
 rei habere nemo potest qui eius rei rectum
 atque legitimum usum ignorat. Non enim pro-
 pterea sacramenta instituta aut proposita
 sunt, ut excitetur & confirmetur fides in
 iis qui iisdem utuntur, neque sic utendum
 est sacramentis, ut fides accedat quæ cre-
 dat promissionibus, quæ per sacramen-
 ta exhibentur & ostenduntur, sed po-
 tius ut fides præcedat, non accedat. Ne-
 que enim sacramenta dantur infideli-
 bus, ut fidem per ea accipiant (ut falso
 imaginatur aduersarij) sed fidelibus &
 iam credentibus, Neque ad hoc sacramenta
 sunt proposita, ut excitentur & confirmetur fides
 in iis qui iisdem utuntur, sed potius ut sint velut
 media & instrumenta quædam per quæ inuisibili-
 ter in nobis divina virtus operetur ea, ad quæ effi-
 caciter

IOANN. SLOT. GEF.

citer significanda instituta sunt. Vt autem non est eadem significatio oim, ita nec idem est effectus omnium, quem in nobis ea suscipientibus operatur Deus. Non requiri verò in usu oim sacramentorum fidem, qua credamus in illis peccata remitti, nos affirmamus verissimū, eò quòd non omnia sint ad hoc primo à Christo instituta, sed duo duntaxat, nèpe baptismi & pœnitentiæ sacramenta, reliqua proprios suos effectus habent. Nam Confirmationis proprius effectus est spiritus sancti datio: Ordinis est in sacerdotali aut Leuitico ordine constituere, & largiri spiritus sancti gratiam, non equidem iustificantem, sed velut energiam quandam, ad functiones eius quod suscepit officij, in vtilitatem Ecclesiastici corporis: Matrimonij primarius effectus est cõiugum indissolubilis copula: Vnctionis extremæ, cõfortatio animæ, deinde & corporis. Quod autem nos damnant, qui docemus sacramenta ex opere operato iustificare, sua illa auctoritate faciunt, tanquam apud eos sit damnandi & statuendi, quicquid illis visum

Sacramen-
torum ef-
fectus,

DE P
visum fu
ta ex ope
tiam qua
bicum to
consensu
alioqui n

LIB



etiam de
doctrina
sanæ doct
scriptura
tem hæri
gandi scr
turarum
bium esse
na carean
competat

visum fuerit authoritas. Nam sacramenta ex opere operato, conferre eam gratiam quam significant, non ponenti obicem tota Ecclesia catholica vnanimi consensu affirmat verissimū, eò quòd alioqui non forent signa efficacia.

LIBER QVARTVS.

CAPVT I.



Osteaquam ostendimus

apud hæreticos rectum

& legitimum sacramen-

torum vsum non esse, po-

stulat ordo promissus, vt

etiam demonstramus apud eos sanam

doctrinam non esse. Et quidem quum

sanæ doctrinæ præcipuum caput sacra

scriptura sit diuinitus inspirata, ipsi au-

tem hæritici nullum ius habeant alle-

gandi scripturas, neque apud eos scrip-

turarum iusta possessio sit, nemini du-

bium esse potest, quin etiã sana doctri-

na careant. Quòd autem illis nullū ius

competat vtendi scripturis Tertullia-

L 5 nus

*Hæreticis
nullū ius
competit
vtendi scri-
pturis*

*Hæretici
Christiani
non sunt.*